

agnosco. Si quid vtile aut bonū in hac epistola  
dixi: non meis sed gloriofissimi Iheronimi me-  
ritis imputetur. Si quid vero superfluum inutile  
et non bonum dixi: solum mee insipientie et ne-  
gligentie causa hoc accidisse ab omnibus iudici-  
etur. Aci Augustime karissime in tuis orationi-  
bus memor esto. Amen.

¶ Epiphon. epistola  
beati Cirilli se-  
cundi Iheronimi so-  
mitum episcopi ad  
benni Augustini  
episcopi doctorem  
optimus de con-  
silio huius Iheronimi  
doctoris  
egregij

Explicit Epistola beati Augustini doctoris  
Eximij ad beatum Cyriillum secundum Iheronim  
solomitanum episcopum de magnificetis  
Eximij doctoris beati Iheronimi presbiteri.  
Incipit Epistola beati Iheronimi. Ad Susannam lapsam.

**D**uo leuius esse crimē. ubi homo pec-  
catum suū ultro confitetur. q̄d ubi ce-  
lans mala iniutus detegit. et nolens  
publicat. Quid agis anima. Quid co-  
gitacionib⁹ estuas. Quid nō irrūpis voce metis  
tue. expones ardorem. ut aliquod solaciū capi-  
as. hoc plane hoc erit quasi remedium qđdam  
egritudinis tue. si apto ore. cōceptū digiras sce-  
lus. Nam vulnus tumidū quis ḡrue. cum fue-  
rit aptū euaporans prestat refrigeriū passioni  
Audite qui xp̄e estis. et qui lōge qui timetis de-  
um. et eccliaz ei⁹. Gaudeo cū gaudentis et tristis

sum cum lugetis. sicut scriptum est. Gaudē cū  
gaudentibus. flere cum flentib⁹. **V**os inq⁹ ap  
pello qui caritatem cristi verissimam retinetis.  
et non super iniquitatem gaudetis. sed potius i  
gemiscitis. **A**dvertite verba oris mei. et an hec  
iusti ex dolore procedant iudicante. **V**irgo nobil  
de⁹ dedit a xpō sapiens erudita. ruit in foueam  
turpitudinis. concepit dolorem. peperit iniqui  
tatem. **S**e perdidit. ecclesiā maculauit. **H**inc  
omnis anima cristiana graue vulnus excepit  
quia datum est sanctum canibus. et margari  
te misse sunt ante porcos. **A** rapidis enim ho  
minibus nomen laceratum est sanctitatis. Et  
ab immundis et luteis preciosum conculetū  
est propositum sanctitatis et castitatis. **H**inc  
est⁹ animo meo. **H**inc insanabilis dolor. quia  
vnū malum bona plurima secum trahit. Et  
vnū anima peccatiū totam lucem pene ob  
scura uit ecclesię. **A**udite me nunc omnes popu  
li. et videte dolorem meū. **V**irgines mee et ju  
uenes mei abierūt in captiuitatē. vere hec est  
captiuitas vbi aie pccō captiue ducūtur. **A**sſu  
mam ergo vocem prophetam et flebilē dicā. **A**d  
te g̃ nūc michi fmo est. que caput hoy et cau  
sa maloy es. que multiplicit misera. cū gloria  
vnginitatis nomē etiā pdidisti. **N**ephas estenī  
fusānam vocai nō castā. nō lic̃ noīari qd̃ nō ē.

Vnde incipia. Quid primum. Quid ultimum di-  
cam. Bona commemorem quod didisti. an mala de-  
fleam quod inuenisti. Eras virgo in paradiſo dei.  
utique inter flores ecclie eras sponsa Christi. Templo  
Domini eras. habitaculum spousi sancti. Et quoties  
dico eras. necesse est tocius ingemiscas. quia non  
es quod fuisti. Incedebas in ecclesia tanquam colum-  
ba illa de qua scriptum est. Pene columbe dea-  
gentate et posteriora eius in pallore auri. Splen-  
debas ut argentum. fulgebas. ut aurum. cum fin-  
tura conscientia procedebas. Eras tanquam stella in ma-  
nu Domini. nullas bellum nebulas. nullum ventum p-  
timescebas. Que ista epente conuersio que ista  
repentina mutatio de dei virginie facta est corru-  
ptio satiane. De sponsa Christi sortum exercabile  
de habitaculo spousi sancti tugulum diaboli. de  
templo dei. fanum immundicie. Que incedebas  
cum fiducia ut columba. nunc lates in tenebris  
ut stellio. Que fulgebas. ut aurum propter virgi-  
nitatis decorum. nunc vilior facta es quam lutum pla-  
tearum. ut etiam indignus per pedibus conculeris.  
Que fueras stella radiis in manu Domini. veluti de  
alto ruens celo. lumine tuum extinctum est. Conuer-  
sa es in caribdim. ve tibi misera Iterum ve que  
rata bona propter puitpis luxuriam perdidisti.  
Quam tibi spem apud Christum dominum reliquisti. cu-  
jas membra meretricis fecisti. Quis te spiritus

visitabit cum eum repudiaueris. **Q**uis te a cogitationibus quoq; sordidis longe faciet. **S;** veniamus ad humana. ut illa diuina nosecane. **Q**uis sanctorum vel que sanctarum tibi proximare non horret. **A**peri oculos si potes. erige frontem si vales aliquem sanctorum intueri fiducialiter. **N**onne faciem tuam conscientie. commissa tamq; plumbum indicant. et deprimunt. **N**onne tenebre ante oculos et caligo versabuntur. **N**onne timor et tremor animam tuam et membra tua quassabunt. **Q**uid facies coram castis apostolis. **Q**uid facies coram helia & danieli et tantorum exercitu prophetarum. **Q**uid facies coram marie et tede immaculato thoro puritatis. **Q**uid demiq; coram angelis sanctis. **N**onne splendore et claritate immaculatoꝝ quasi fulminibꝫ peccata conbureris. **S;** dictura es forsitan. non potui sustinere. quia carnē fragile circumferebam. **R**espondet tibi sancta ecclesia. cū suis innumerabilibꝫ socijs. **E**t nos eadē carne suim⁹ amicti nō tamē plenū p̄positū castitatis n̄re aut fragilitas carnis potuit mutilare. aut seuitia tyrannorum p̄varia tormenta deicere. **R**euerat non potest caro corrupti. nisi fuerit mens ante corrupta. **R**emanebit igitur in criminē anima q; carnem perdit in criminē. **S**ed dicas nolui hoc malum.

**S**pissa violentiam. **N**on debet tibi illa fortissima  
susanna. cui<sup>9</sup> tu nomen fallaciter batulas. Ego  
inter duos presbiteros posita inter duos itaq;  
Iudices populi. inter filias padisi osticuta. vim  
si nō potui quia nolui. tu ab uno ineptissimo a  
delescente in media ciuitate quō vim potuisti p  
ferre. nisi quia vltro violari voluisti. **Q**uis dem  
q; tuas voces audiuit. **Q**uis obliuctacōnes sen  
sit. hoc cui tā certum. plus illatam violentiam  
voluisti dregē scelus. **S**i nō alijs. vel tuis penti  
bus. vel tuis sororib<sup>9</sup> debuisti. **E**sset enim excu  
satio felicitatis. esset a cōscientie plena purga  
tio. si hostem pudicie deduxisses in publicum  
**S**ed erubuisti forsitan. ne te violata multi cog  
noscerent. **V**t quid timuisti vbi nō erat timor  
Esto autem pudor. prohibuerit. Quid de secūda  
cōmixtioē dices. quid de tercia. quid de frequē  
ti cōmertio feditatis. **C**essat iā violentie figmē  
tum cessat ruboris argumentum. **V**bi tociens  
membra illa dicata xpō celesti. meho tuis visce  
ribus poluēda prebuisti. horet anim<sup>9</sup>. mens e  
bescit. cum ad ymum sceleris puenitur. **N**am  
et medic<sup>9</sup> p̄p̄ fortis sit animo. cum alc<sup>9</sup> secat  
vulnus puto ex pte aliqua fustimebit horrorem  
heu pdira. **I**a nec intelligis oēs vias excusatio  
nis penitus exclusas. iam nec sentis p̄tum tibi  
mali in aīa. et in carne nepharia libido cōtuleit

**N**on istam cōfusionē de te. tu⁹ exspectauerat pa-  
ter. qui te sibi singularem gloriā cōputabat. **N**ō  
hūc luctū. a has lacrimas ex te sibi nascituras  
crediderat mater. q̄ ptus sui gemitus p̄ tuam v-  
gimitatem spabat ēquie cōfoueri. **N**on fratres  
tui. non sorores hoc ex te deder⁹ exspectabant.  
quos omnes quasi vno gladio tui sceleris gra-  
uiter sauciasti. Et si fuisses quasi sorte defuncta  
deflessent te modice ppter desiderium pentes. h̄  
erultassent suauiter. quia immaculatam p̄misse-  
rāt virginem. hostiam viuā deo xpiciatricē viz-  
fiorum delictorum. **A**t nūc plangunt mortuam  
viam. a non viuam. mortuā vtīq; gloria refur-  
rectionis. viuam de decoris turpitudine. **I**ngra-  
tus est pater suis visceribus. e quibus sata es-  
maledicit mē suo vtero. ex q̄ in hanc lucē infe-  
liciter pcessisti. nec tñ modū suo dolori ēpiunt  
misi hoc plane solū videnē sibi habē solaciū. q̄  
nec te p̄ opulit. nec mater coegit vt v̄gimitatē  
pſitereris. quā vltro a p̄pria volūtate professa-  
es. **I**n tantū tibi misera non intelligis pondus  
in die iudicij crescere. quia non seruasti quod  
vltro p̄misisti. Quibus sp̄mis te serpēs ille ne  
quissimus obligauit. quibus te venemis inter-  
fecit. ille quā euam decepit vt tanta te cōcitate  
p̄cuteret. tantā in te aī cui fecerit obliuionē. nō es  
memorata dici sancti. dici dominice ēhurectōis

in quo dīmo altari te obtulisti. In tāto itaq; so  
lēpmi cōuentū ecclie. inter lūmina neophytorū  
inter candidatos ēgnī celestis. quasi regīma re  
gi processisti. Non es memorata. Qualis ad  
te die illo facta est allocutio. Aspice filia. intuere  
virgo. quātus ad sponsi tui q; dñi gloriam con  
uenerit populus. Seruare te oport; fidem quam  
sub tantis testibus polliceris. Semp cogita cui  
virginitatē tuā spōsōderis. facilis te oport; san  
guinem cum spū fundere. q; pdere castitatem  
H̄js tunc in illa die consecratiōis dicitis. a mul  
tis super castitate preconis. sacro velamine te  
data es. Vbi omnis popul⁹ dotem tuam subscri  
bens. non atramēto. h̄ spū. Pater damauit. A  
men. Vincor lacrimis. cū hec humana conside  
ro exēpla. pūgor stimul⁹. Nā si inter decē testes  
ofestim spōsalib⁹ nupcīs ofumatis. quib⁹ femi  
nat adulteriū. quid vbi innumerabiles testes  
ecclie coram angelis a exercitib⁹ celi. facta co pu  
latio spūalis p adulterium solvatur. Nescio an  
possit ei condigna mors an pena cogitat. Dicit  
aliquis. melius est nubē q; vri. hoc dictum ad  
non pollicitam p̄tinet. aut non relata. Ceterū  
q; fuit cristi. a sanctum velamen accepit. iā nup  
fit. iam immōli cōiuncta ē viro. a iam si voluerit  
nubē cōilege. nubij adulteriū ppetrat ancilla

mortis efficiatur. **S**i est hoc ita. quid de ea dicen-  
dum est. que et occulta furtiva turpitudine con-  
stupratur. et fingit se esse quod non est. **S**ed ad  
te iterum redeo. quod obliuionem tantorum passa-  
es bonorum. et receptaculum tantorum facta es  
malorum. **Q**uomodo tibi in actu illo ignominio-  
so. non veniebat in mentem habitus vilis. pro-  
cessus ad ecclesiam inter virgineos choros. **Q**uo-  
modo oculos tuos non perstringebat lux vigili-  
arum. aures tuas non penetrabat ymnoꝝ spuia-  
lum cantus. **N**entem tuam non ventilabat leo-  
num celestium virtus. **H**oc vel maxime clamare  
te apostolo fugite fornicacionem. quia omne pec-  
catum quodcumque fecerit homo extra corpore est  
qui autem fornicatur in corpore suum peccat. **E**t cum dicit  
in corpus suum peccat. tamen in Christo peccatae de-  
monstrantur. **N**am subiungit non estis vestri. **N**am  
empti estis precio magno. glorificate deum in  
corpo vestro. **I**terum inquit fornicacionem et omnis  
immundicia nec nominetur in vobis. sicut de-  
cet sanctos. **E**t sepofita omni adulazione. sente-  
tiam figit Apostolus. **H**oc inquit scitore. intel-  
ligentes quia omnis fornicator aut in mundo  
non erit heres in regno Christi et dei. **H**ec tanta  
et terribilia non veniebant tibi in mentem cum  
ad illud opus nepharium tua membra paterentur. si  
mortifera te obliuio tangere in gurgite altissimum

demergebat. et tanq̄ captiuam execrabilis libido ducebat. Nonne vel illum locū tabulis separatum in quo in ecclia stabas recordari debuisti ad quē religiose a nobiles matrone certatim currebant. petentes oscula oris. quia melior et dignior a sanctior eras. Nonne vel illa precepta q̄ script⁹ pies ingerebat recordari debuisti. Divisa est mulier a virgo. Que non est nupta sollicita est q̄ dñi sunt. quō sit sancta et corpore et spiritu. Nec corpore quidem formicando. spiritu autem virginitatem menciendo. p nephias solet fama subse qui fēm. tu autem ad malam famam puenisti. Nam cum ante trienniū rumor quidā a susurratō de te fuisset. tu sinceritatē p̄ postulabas. Quos estus ego sustinui quos patens singulos et astringens. ut ad autorem in famie veniremus. Graue enim nobis erat et intollerabile de virginē. vel turpe quid dici. Nec hoc verebaris ne hos ante oculos haberes in festos. qui pro tua opīmōē labrabant. multū temeraria. multum audax ut te cōscientia nō deo posse non displicē. Sed ille qui dixit nichil occultum quod non manifestetur. et vos quidē fecistis in occulto. ego autem faciā i maifesto

**I**lle qui non mentitur furtiuū scelus deduxit in  
publicū. et in conspectu solis hui⁹ tenebrar⁹ ope-  
ra denudauit. **R**ue quid p̄cedit fmo crudelior  
eucuererit. cupiēs moderari nō inuenit. **O**blita  
ergo p̄positū. oblita pentes. oblita ecclā  
oblita honore dignitatis. et iā p̄nē terribili iū-  
dīcō complexa es corruptōnem. et protulisti fru-  
atum cōfusōmīs. finē vero mortem leuissimam.  
et interitum sempiternum. **E**t certe non habes  
quod de nostra negligētia conqueraris. **R**uod  
cumq; enim ad officium p̄net pastoris. et tibi  
et omnibus nō negatū est. **A**blastā ergo domūi  
patri⁹ ut scriptum est. ad mōsteriū virgīmale  
tūhisti. **I**nī tot posita. nō dico tutāda esse debu-  
eras si voluisses alijs turelam prestare. **S**z feu-  
stra hec et alia sunt p̄uisa. feustra ymūm vīc-  
ginitatis expofui. quo et gloriā p̄positi et obser-  
uantia decātares. **S**eminaui sec⁹ viā. seminaui  
in spīmis. seminaui in petroſa. **A**ut enī ex corde  
tuo verba mea demones rapuerūt. aut mal⁹ co-  
gitacōib⁹ suffocata sūt. à aruerūt nimio ardoē  
libidis. heu me vbi putarā edificaē aux⁹ argen-  
tū. lapides p̄ciosos. muēta sūt ligna fenū stipula-  
mateia artifa. laborasse igit̄ me dicā cū p̄pha.  
heu me q̄ fact⁹ sū sicut q̄ colligit stipulā i messe.  
**E**t q̄dē si tibi soli dāpnū fecissēs eāt q̄dē tristitia

**S**ed forsitan tollerabilis. **N**unc vero quætas amias  
hoc scelere tuo sauciasti. **Q**uantas aias. de pro-  
ficio tuo penitere fecisti. **Q**uanta etiam labia in  
fidelium inquinata. viam domini blasphemando.  
**A**puit in nos gentilitas os suum aduersus ec-  
clesiam sanctam. synagoga iudeorum propter tuum  
debet exultauit. **Q**uid si is qui unum scandala-  
lisauerit mola circumligari a precipitari debet  
in mari. **Q**uid de te pronuncias. per cuius scelus  
omnis anima squiciata est. nomen domini in genti-  
bus blasphematum est. **N**onne quotiens dicis  
**O** virgines. tibi cumulus iniquitatis accrescit  
**I**aces ecce vulnerata. iaces ecce prostrata. **C**u-  
pio prodesse. sed subuenire non possum. quia  
totum caput in dolore cor in mesticia. a pedibus  
usque ad caput. sicut ait psalmista Non est malagma  
imponere. **I**nfermitas tua omne humanae medi-  
cine exclusit auxilium. **I**terum et post tecum inquit  
**C**onuertere ad me. non est enim nisi in galad  
aut medicus non est ibi. **Q**uare non ascendit sa-  
nitas filie populi mei. hec utique dicta sapientia  
sapientibus hec sententia dei ad penitentiam vo-  
rat peccatores. **P**enitentia est necessaria. necessaria  
est penitentia. quia aut equum criminis. aut certe ex-  
cedat. **I**nde ergo si simplex peccatum hoc adulterium  
est. an duplex sit. per illam necem quae facta est in  
occulto. **S**ecundo penitentia non verbo agenda est

sed actu. **H**ec autem sic agitur. si tibi preponas  
ante oculos dñi. q̄ tam gloriam perdidieris. a de-  
quo libro vite nomen tuum deletum est. a si te  
iam positam credas ꝑpe illas tenebras exteri-  
ores. vbi est fletus oculorum a stridore detium. nec  
alind remedium esse cognoscas post tunicam  
baptismi. q̄ penitentie solacium. **R**uata vis af-  
flictionem. quantum vis laborem a indecorum e-  
ris contenta dummodo ab eternalibꝫ penis libe-  
ris. Ergo hec tecum cogitans. a mete cōgrediēs  
faci tui ipsa īdex esto crudelior. **I**n primis om-  
nis cura vite huius ītermittenda est tibi. **R**ua-  
si mortuam te existimās. sicut es. quomodo pos-  
sis reuiuscere cogita. **D**einde lugubris tibi acci-  
pienda est vestis. et mens et menbra singula  
digna castigacōne pumienda. **A**mpotentur cri-  
nes. qui p̄ vanam occasionem luxurie prestite  
runt. defleant oculi lacrimis. qui masculum nō  
simpliciter aspererūt. **P**allecat facies q̄ quon-  
dam rubuit impudice. totū demiq; corpꝫ īcuria  
a ieunij macetur. **C**imere sparso. et apto cili-  
cio perhorrescat. quia male sibi de pulchritu-  
dine placuit. **C**or vero sit liquens tamq; cera.  
**I**eiunij illicitans seipsum. quae sit ab inimico  
subuersum. **S**ensus autem crucietur. quia in  
menbris corporis dum haberet dominacionē  
malum gessit imperium. **T**alis vita talis actio

si fuerit pseuerans d; spare. et si non gloriā cer-  
te pene vacaōem. dicit enim domin⁹. Conuer-  
sum ad me. q̄ cōuertar ad vos. sicut ouerſus  
daūd iustificat⁹. Sicut nymue peccatrix illa ci-  
uitas. iunctum sibi euasit iheritū pccō⁹.  
**Sed** tu q̄ iam īgressa es cognomine penitentie  
vsq; ad exitum vite īfiste. misera fortiter here-  
tanq; naufragus tabule speras te p ipam pos-  
se de profundo ēmīum liberari. Inhere peni-  
tentie vsq; ad exitum vite. Nec tibi presumas  
ab humano die posse veniam dari. quia decipit  
te. quicūq; hoc tibi voluerit polliceri. Ruc enī  
aprie ī dñō peccas ab ipso solo quē remediu-  
de te autē qd dicā. fili serpētis minister diaboli  
violator templi dei. qui ī vno scelē duo crimiā  
ppetrasti. et adulteriu vtiq; et sacrilegiū. Pla-  
ne vbi vas xpō oblatum dñō dedicatum. deme-  
ti temeritate polluisti. sicut balthasar rex ille  
psarum. quia ī vasis dñi q̄ de templo iherusa-  
lem fuerant sublata bibē cum suis amicis et co-  
tubitis usurpauerat. ipa nocte manu angelī p-  
tussus crudeli morte punitus est. Quid de te ar-  
bitraris pdite piter a piturez quia vas raōna-  
bile osecratum xpō. sanctificatum a cristo. teme-  
varie īpietatis polluisti sacrilegio. Ettu xpō  
fū immemor dei tui cōtemptor. meli⁹ fuerat te  
omnino nō fuisse natum. q̄ sibi iehenna xpriū

filium vendicaret. Licet a te dura conscientia sceleris agat. per diuersa precipitem. fugit enim impius nemine precequente. tamen nequit a pastore etiam omni morbi de vel moriture medicaminis denegatum sit. **D**o consiliu. p. care ultero carcerem penitentia. obruas cathemis viscera aie tue. gemitu ieiunisque deseuens. sanctorum petas auxilium. iaceas sub pendibus deritorum. ut non tibi per cor impenitens thesaurizes iram in die ire. et reuelacionis iniuriam dei. qui reddet singulis secundum facta sua. **N**ec te in eorum numero constitutas quos lugere Apostolus paulus qui ante peccauerunt inquit a non egerunt penitentiam. super immundicias et formacombus et libidinibus quod gesserunt. Nec tibi de multitudine peccantium similius blasphemaris et dicas. non solus hoc egi. multos habeo socios sed recognita. quod multitudo sociorum impunitatem crimineum non facit. Nam sodoma et gomora in totis quinq; civitatibus innumerabiles videntur hitantes. et omnes piter quod libidinose tractauerint corpora sua. ymbribus igneis coplagati sunt. **S**ed autem loth de illo inhabibili effugit incedio qui se ab illa turpitudine postliterat alienum. Exclude ergo vel nunc infelix de corde tuo. blasphemata repetitis. et luctu et fletibus continuus dum in corpore tuo immundus aia illa tenebrosa vestigium emediun tibi in die necessitatis acqueret. super ante oculos hunc apostoli suum

quia omnes nos manifestai oport; ante tribu-  
nal xpi. ut referat v nus quisq; p pria corporis se-  
cūdum q; gessit sive bonū sive malum.  
**Q**uis consolabiē te virgo filia sy on. quia mag-  
ficata est sicut mare cōtricō tua. Effunde sicut a  
quā cor tuum contra faciem dñi. extolle ad eū  
manus tuas. p remedio peccōrum tuor. accipe  
igitur lamentū. Et primū quidem nullo die in-  
mittatur psalm. qui sine otio cantand; est et  
vsq; ad versiculum. Cor cōtritum a humiliatiū  
deus nō spnit. cum lacrimis gemituq; purre.  
**I**n super hanc etiā lamentacionem non sine cō-  
punctōne cordis in conspectu diei iudicij infun-  
de. Quis dabit capiti meo aquā et oculis meis  
fontem ut desleā vulnera anime mee. Recessit  
sonus ymnoz et leticia psalmorum et successit  
stridor denūcium a fletus oculorum. Obmutui et  
humiliata sum. a filii a bonis et dolor mēus per  
singulos dies renouatur. Concealuit co; meum  
intra me. et in meditacōe mea exardet et ignis  
**T**remor et timor venit sup me. et cōtererunt me  
tenebre. Abissus circumdedit me. postremo de-  
mersit caput meū in fissura inferni. Neu me q;  
facta sum sicut gomorra. Quis miserebit cīne-  
rum meor. Duri offendit q; sodoma. q; legem  
nesciens illa deliquit. ego accepta gracia pecca-  
ti in dño. quem p piciatorem habui. et perhenim

iniquitate offendit. O Christus acerbus fructus luxurie.  
amarior felle. crudelior gladio. Quoniam facta sum  
in desolacione. subito defeci. perinde propter iniquitatem  
meam. velut sompnium exurgentium deo. in civitate  
domini nulla facta est ymago mea. Deletum est de li-  
bro nomen meum. facta sum sicut noctua in domi-  
nilio sicut passer vicinus super tectum. Lugeat mortes  
et colles. lugeat me bestie filiazu. reptilia terre.  
et celi volucres. Non vos beatate fere quibus nullus  
metus de inferis. nec pena crudelis tartari. quod ha-  
bentes sensu deliquim. Memeto domine quod pulsus  
sumus. vide humilitatem meam et laborem meum. et di-  
mitte oia peccata mea. Tu sumus verus. tua promis-  
sio. Nolo inquit morte peccoris. tamen conuertat et  
vivat. Ad te deus meus conuersio mea. quod solus po-  
tes renouare oia. et ab inferis aias euocas. Tu  
soluis expeditos tu elisos erigis. mortuos susci-  
tas. Errauis sicut ouis predicta quem famulatum ne-  
lupus crudelis glaciatus. Nec in inferno erit confessio  
Sordidatam non aspernis me. in ira tua domine suffe-  
ratur quod peccavi tibi. Crudelitate domine iniustices eau-  
sam penitentie confessio pseuerantia tribue. ne me in-  
duret deceptor. Michi grām postari de tuo fon-  
te cupio. et in eternum tibi adherem domine deus meus.

**Explicit Epistola Gloriosi Iheromimi. Ad su-  
fannam lapsam.**